



1.  
1.  
2.  
17  
1.  
2.  
3.  
2.  
1.  
1.  
1.





1715.

1. Schaper, Joh. Smetius, fac. med. prodecanus:  
Programma, quod ad solemnia doctoralia Caroli  
Wicelii adhibere debet invitati.
2. Schaperius, Joh. Smetius: De hydropse vesicae

1716

1. Krakenitz, Alb. Joachim, viri: De absolute  
individuali. Rec. 1727.
2. Librand, Jacob Henr: II Decates juris in  
Cassiam Mecklenburgicorum.
3. Stein, Matthias: De relictione fidei appig-  
norati
4. Stein, Matthias: De eo, quod juris est circa  
portionem conjugis statutariam in Pomerania  
orientali.

1717

1. Muellerus, Casparus Melthaus: De iuramento  
ignorantiae

1718

1. Heppius, Franc. Albertus: De Vita vici torum  
insidentia
2. Carmon, Jacobus: Responsalibus Illustrum in  
curabulis
3. Petrusdingius, Georgius: De Differentia ingenii  
et iudicii in medicis clinico.
4. S. Brand, Jacob. Henr: De feloniam dubia

1719

1. Westdunus, Johanes Trach: De eo, quod circa  
functionem ministerialem et in specie potesta- 6.  
tem clavicum, ministros ecclesiae unice  
ae privatione tribuendum.

1721.

1. Besehin, Val. Joh: De accessione maritima  
Casus practicus.
2. Carmon, Jacobus: De retentione mercedis famuli  
dominus permissa.



1791.

3. Bekharding's, Georgius : An homo aditus  
ceteroquin sanus citra cibum et potum  
per XL dies et XL noctes solus naturalis  
virtus vitam trahere possit ?

4. Haue, Phil. Ferd : De jure et obligatione  
cognoscendi veritatem.

5. Petersen, Joh. Christianus : De potestibus acla-  
tum privilegio

6. Straud, Trachin Mureu : De jure parvorum  
labalarum et vitorum

1722.

1. Beselin, Val. Joh : De vigore juris Romani  
circa ludos adprobando.

2. Mantzel, Joh. Frid : De eo, quod justum est  
circa ephemeras literarias concinnandas.

1728

3. Mautzel, Em. Joh. Frd: *Quaeritur an alicuiusque  
sacietatis humanae civis in hac vita possit  
obtinere bonum?*
4. Leland, Frsch. Henr: *De foro clericorum pri-  
vilegiato*

1723

1. Buzius, Andreas: *De invidia virtutis charactero*
2. Bordin, Val. Fab: *De eo, quod juris est circa  
actus per progressionem in factos*
3. Leland, Frsch Henr: *De differentiis inter sponsam  
et uxorem*
4. Tranchellius, Andreas: *De commercio rerum spiritualium  
cum re materialibus*

*Handwritten signature*

11/11/11



is  
s'  
etere  
an  
lis  
S  
1711







PROFECANUS  
FACULTAS MEDICAE  
JOH. SCHAPER,

1751

DR. CASTELI NICOLAI  
EGGERECHT,

# HYDROPE ASCITE,

PRO SUMME IN MEDICINA HONORIBUS  
ET PRIVILEGII DOCTORALIBUS  
AD DIEM 17 APRILIS C. D. HAVENSIAE  
HORA ANTE ET POMERIDIANE

MAGNIFICUM DN. RECTOREM,  
SACRAE REGIMINIS PROCURER UTRIVSQUE  
ACADEMIAE CIVIS ACADEMICUM

IN QUA  
1751 APRILIS 17

R. O. S. C. H. I. I.,  
Lithis Joh. Wenzel & Co. PRINC. & ACAD. Typogr.







**PRO-DECANUS**  
**FACULTATIS MEDICÆ,**  
**JOH. ERNESTUS SCHAPER,**

Med. D. P. P. Duc. Prim. & Ordin. Fac. Senior,  
Serenissimi Ducis Regentis Mecklenburgici  
Consiliarius Aulicus & Archiater.

SUO ET FACULTATIS SUE NOMINE  
AD

DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
PRÆNOBILIS ET CLARISSIMI MEDICINÆ CANDIDATI

**DN. CAROLI NICOLAI**  
**EGGBRECHT,**  
STRALSUNDENSIS POMERANI,

**HYDROPE ASCITE,**

PRO SUMMIS IN MEDICINA HONORIBUS

ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS

AD DIEM IV. APRIL. B. C. D. HABENDAM  
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS


**MAGNIFICUM DN. RECTOREM,**

ILLUSTRIS REGIMINIS PROCERES, UTRIUSQUE  
SENATUS PRIMORES, OMNESQUE CIVES ACADEMICOS  
ET LITERARUM FAUTORES

Ut præsentia sua hunc Actum exornare dignentur

HOC PROGRAMMATE

EA QVA PAR EST, HUMANITATE INVITAT.



**R OSTO CHII,**

Literis JOH. WEPPLINGI, SER. PRINC. & ACAD. Typogr.

1715, 7.





## Hydrops Quartana Medicorum Scandala plana!



Ommunis rhytmi hujus sine dubio hodiè qvilibet recordabitur, cui præfens Dissertatio Inauguralis veniet ad manus, non attendens, qvo jure vel injuria id dicatur, hinc aliis sufficiet, quod ex antiquis temporibus hicce rhytmus traditus sit, alii autem in ea erunt sententia, quod ex *Hippocrate & Aresæo* confirmari possit, dum *Prior de int. aff. l. 27.* hydropem gravem morbum & paucos hunc effugere dicit, & *Posterior de caus. & sign. diut. morb.* ab hydropse per paucos liberari, idq; felicitate quadam ac deorum potius quam artis auxilio asserit; & huic eò magis favebitur rhytmo, si porrò numerentur omnes hydropse correpti, & plurimos eo extinctos, multos fato quasi quodam sanatos, pauciores autem arte restitutos esse, numerari queat. Sic dirum omninò hydropem, & Medicorum scandalum pronuntiabunt tales.

Negari jam quidem non potest, dum à sero stagnante abdomen cum cruribus sæpè & genitalibus, aliquando & totum corpus ad stuporem usq; expansum tumidum est, facies autem non tantum pallet, sed luridi plumbeiq; coloris fit, & cum reliquis partibus superioribus contabescit, imò facies sæpè ad Hippocraticam properat, qvò ad spectus talis hydropici horrendus sit, & si ad reliqua molestissima hujus symptomata simul attendatur, miseriam cum aceto adesse omni jure dici possit. Nec negari porrò potest, dum hicce morbus nulli parcit ætati, sed corripit & infantes qui potissimum hydrocephalici & nascuntur & fiunt, ut inter alios tale quid pluribus refert *Stalpare van der Wiel Obs. rar. cent. Post. Obs. 14. & Schol. p. 120.* & infestat adultos, & utrumq; insuper invadit sexum, quanquam *Sydenham* plures in Angliâ feminas



fœminas hydropicas quam viros notare velit, quæ observatio hic locorum autem non parallela est, sed indistinctè viros & fœminas hydropè laborare testantur Practici, & omnes istos vel infantes vel adultos & utrumq; sexum ad internecionem usq; ut plurimum lædat hydrops, quod sic universaliter barbarè grassetur & omni ætati & utriq; sexui sæpius lethalis existat. Nec præterea negari potest, dum in curandi methodo tot insuperabiles sæpius se manifestant difficultates quæ non tantum causam difficilem, sed & restitutionem difficillimam pariunt, & quando porro morbus eò invaluit, ut abdominis viscera inundans & ultra centum & plurimum librarum pondo collecta aqua Paracentesi educi debeat, illa quoq; omni cum prudentia & debitis cum cautelis educatur, non tamen in abdomen colligi desinat, sed subsidens abdomen paucis ab operatione diebus in pristinum stupendum extendatur tumorem, novamq; urgeat emissionem, & simul inexhaustus fons sit, ac insuper hosce omnes tædiosos labores citius certiusq; mors excipiat, quàm quod inde salus certa sperari possit, quod hicce morbus difficillimè curatu sit, & ægros in miserrimum conjiciat statum, ubi præter reliqua mala insignia eos in continuas ferè insuperabiles respirationis angustias, & præsentaneum suffocationis periculum frequentius detineat.

Interim tamen hæc omnia si paulò penitius considerentur, & sine omni præjudicio tum rationis tui experientiæ librentur trutina, non inde argumenta obtineri poterunt, quibus in opprobrium Medicorum hydrops scandalum esse stabiliri possit. Nam si miser hydropicorum status tale quid involvere possit, quo jure in aliis morbis non levioribus idem non valere deberet, quibus si non adhuc major eadem tamen miseria ægris inducitur; Quemadmodum exempli loco esse possunt ex Apoplexiâ relictæ partes paralyticæ, quæ ægrum licet non iisdem quibus hydrops, aliis tamen mole-

(2

stissimis



stissimis symptomatibus torquent, potissimum paralyticae partes si dolorosa sint, praë quibus ægri nesciunt quò se vertant, & quibus non tantum somno sed & viribus privantur, & pariter contabescunt.

Nec obstat Hippocratis & Aretæi allegata sententia ad tale quid demonstrandum, nam præter id, quod uterq; hæc sua verba sub conditionibus certisq; circumstantiis interpretetur, idem Hippocrates Prognosticorum libr. 8. & cum eo Celsus aliq; Hydropem facilius curari illum dicunt, qui nullo antecedente morbo oritur, quàm qui aliis supervenit morbis. Sic corrumpit fundamentum ex allegata sententia putatitium. Nec juvant testimonia quæ forte nonnulli è Medicorum ore audita addere velint, daß einige Medici es auch selbst also gestanden/und bezeugten/ nam si è Prudentiorum ore ea habeant, cum distinctione è diversa causarum & ægrorum indole, & aliis concurrentibus variis circumstantiis enata tale quid audivisse, certissimum est, sicq; insufficientiam argumenti datam esse abundè constat. Quod si verò ad Medicos testes, quorum magna est progenies, provocari velit, iis multò minus fidendum est, nam eorum hæc consuetudo solennis esse solet, ut cum in medendo suam imperitiam alio velamine tegere nequeant, ad unicam illud ignorantiaë asylum confugiant, & morbum vel sua natura statim incurabilem dicant, vel eum ejus esse indolis pronuncient, qui sine majori inde eveniente malo, majoriq; periculo citam curationem non admittat, eoq; ipso inani disterio terrent simul ægrum, ut is præ metu majoris mali ipsi incusso & morbum & therapiaë genuinaë imperitiam medicastrum majori patientia ferat, quàm quod citò & tuto liberari velit. An rebus sic stantibus à tam levissimis imò falsissimis testimoniis argumentum pro stabilienda in opprobrium Medicorum rynchmi cavilloso veritate deduci possit? impossibilitatem ipsa demonstrabit veritas.

Accedit



Accedit, quod causa morbi hujus ipsa eaq; diversa porrò inane reddat hocce diæterium, nam longè alia planè res est, si hydrops aut viscera corrupta, aut alium morbum v.g. quartanam, icterum, Pthifin &c. excipiat, aut invadat hominem infirmioris constitutionis, quàm si sanum corripit corpus, & quod firmioris texturæ injuriis hinc ab ægritudine hydropica inducendis firmius resistere potest. Hæc varia determinant quoq; variam curationis facilitatem aut difficilem ejus successum; nam Medicus non solus in curatione agit, nec naturæ Magister est, sed concurrunt Natura, & Medicum non nisi naturæ ministrum esse toties probat, quoties non in aliis tantum morbis, sed etiam in hydropo ipso, de quo jam quæstio est, unius ejusdemq; medicaminis felicissimum v.g. in Paulo hydropico, difficillimum autem in Petro, aut planè inanem in Johanne iisdem tanquam ægris admittit effectum.

Oritur ex hisce æqvitatibus apertissimæ regula; quod à Medico non plus desiderari debeat, quàm quod Natura ægri in hisce individuis jam æqua permittit, jam in aliis iisdem iniqua recusat. Hinc sæpe in medicina monstra fieri verum proverbium est, & quos hydropicos apud *Pecblinum lib. 1. obs. 63.* aliosq; alvi fluxu, apud *Schenckium lib. 3. obs. 12. & 13. p. 438.* aliosque per ulcera spontè erupta, apud *Forestum lib. 19. obs. 12. & Riverium cent. 4. obs. 82.* aliosq; perforato à natura umbilico restitutos legimus, eos æq; à natura sanatos agnoscere tenemur, ut pariter alios hydropicos apud *Pisonem de morb. à diluvie or. sect. 4. c. 3.* apud *Forestum l. 19. obs. 27. 28.* apud *Schenckium p. 443. obs. 2.* apud *Riverium cent. 1. obs. 70.* & ipsius pluribus aliis in locis, apud *Sydenhamium tr. de hydr. ope & Listerum de hydrop. exerc. 1.* aliosq; artis medicæ auxilio restitutos notamus. Ex quibus, ut sic patet quanta felicitate Medici in hydropo suas agant curas, si faventem ægri naturam habent, ita iterum hæc omnia argumentorum insufficien-



tiam pro stabiliendo hydrope tanquam in opprobrium.  
Melicorum dicto scandalo probant.

Hanc abunde probatam igitur consequentiæ insufficientiam instantia meliori illustrare nequeo, quam quando certa aliqua nec per se scil. in jure, sed ex circumstantiis causâ difficilis tum ob litigantis negligentiam, tum ob ejus in ordine processus ignorantiam, tum ob commissum ex litigantis obstinacia in querendis intra fatalium à Judice determinantum decursum remediis errorem, tum quoq; ob Adversarii vigilantiam à Patrono causarum optimo, vel eorum omnibus, non obstante quod pro possibili omnis in servanda vel restituenda causâ adhibitæ fuerint curæ, coram Judice amittitur; Da die Sache an sich recht genug und nur durch dieses oder jenes Versehen des Principalen verlohren/ aber auch zugleich so verlohren worden/ daß keine Rechts-Mittel in der Welt solche wieder gewinnen können. Si jam dici deberet: Hanc omnem causam ex juris defectu esse Juris Consultorum Scandalum, quasi ideo eorum auxilia in omni istâ causâ inania sint, cum Juris Consulti non ex solo jure, sed ex juris applicatione secundum causæ circumstantias & proprias & intervenientes agere teneantur; Quis quæso non hic illico iniquitatis apertissimæ judicium deprehendit? quod sic à Juris Consulto plus desideretur, quam quod causæ circumstantiæ, (quæ semper minimæ & jus variant & illud deficere faciunt,) permittunt, & quod hæc causâ in opprobrium Juris Consultorum scandalum dicatur? & sic quoque statim aperta iniquitas in ferendo de Melicorum scandalo hydrope judicio se manifestabit, si dici deberet. ideo omnem hydropem artis defectu incurabilem esse, quod plures hydropici suis erroribus collectis vel alia intervenienti potentiori causa hydropem incurabilem reddunt. Et ut hinc in jure proverbium verum est, *Vigilantibus jura sunt scripta*: ita quoque hydropicis morbum nec negligentibus nec



nec variis erroribus eum depravantibus salutaris parata medicina est.

Quæ omnia adhuc pluribus illustrari ut & Medicina ab altero putatio scandalo Quartana scil. pariter hodiè vindicari possët, nisi partim in præsentiarum scopus id inhiberet, partim quoque ad amissum hodiè constaret, quod nec Quartana in opprobrium medicorum scandalum dici debeat, unde nil addo, quàm ut moneam, si hodiè Pictura illa, cujus ex relatione *Julii Alexandrini Diomedes Cornarius obs. Med. pr. med. c. 3.* meminit, renovari deberet, in quâ scil. omnis generis februm depictarum singulæ coram Medico adstante genua flectebant solâ exceptâ bestiali & maledicâ Quartanâ, quæ hoc minimè præstabat, sed posteriora corporis illi ostendens se Medicorum qualiacunq; præsidia rejicere & flocci pendere gestu hoc innuebat, & hæc quartana febris ad reliquarum februm consueti gestus humillimi exemplum coram Medico adstante pariter flexis genibus suam olim bestialem superbiam deprecans hodiè pingenda sit, nam quam bestialis & maledica olim habebatur, tam flexilis mansueta & obediens Medico hodiè deprehenditur, & per salutaria in curatione febris quartanæ in hodierna Medicorum praxi cumulata experimenta ad amissum probatur. Atq; sic etiam cæteris paribus, hydropem pariter prudentiori Therapiæ genuinæ administratione curabilem esse, & à cavilloso in opprobrium Medicorum facto ritmo omni jure vindicari experientia hodierna testatur.

Occasionem hujus Præfaminis dedit, Vir Prænobilis & Clarissimus DN. CAROLUS NICOLAUS EGGEBRECHTIUS, Stralsfundensis Pomeranus, Medicinæ Candidatus dignissimus, sua Dissertatione Inaugurali de *HYDROPE ASCITE* fati eruditè conscripta, cujus sollicitam & hinc egregiam educationem & studia laudabiliter gesta hodiè recensere jubet consuetudo Academix nostræ solennis.

Natus igitur est die 1. Dec. Añ. 1690. Patre Viro Nobilissimo



bilissimo & Spectatissimo DN. NICOLAO EGGBRECH-  
TIO, Pharmacopola apud Strahlsundenses Dexterrimo, Ce-  
leberrimo, & Matre ANNA SCHRIVERS, Civis & Mer-  
catoris SCHRIVERS apud Lubecenses famigeratissimi filia,  
fœmina Virtutibus sui sexus elegantissima, instructissima.  
Ab optimis hisce suis Parentibus omnis cura educationis  
ritè instituendæ adhibita est, & quam primum per ætatem  
teneram licuit, fidis Præceptoribus privatis commissus est,  
qui & pietatis veræ & genuinæ verecundiæ & ætati tam  
teneræ convenienti modestiæ Principia primis simul cum  
annis ipsi quæsi infunderent, & crescentibus annis simul jun-  
gerent Literas, ut sic variis laudabilibus Principiis imbutus  
juventutem suam non tantum ornare sed & posteriores non  
pœnitendos Literarum progressus facere posset.

Nec fefellit spes sollicitos de Filii educatione Parentes;  
Nam post hæc Patriæ Scholæ Præceptoribus traditus per  
gradus ut ad classes adscendit. ita simul Præceptorum suo-  
rum in Gymnasio Patrio fidelem expertus est Informatio-  
nem; è quibus potissimum Sub-Rectoris t. t. Clarissimi jam  
Beati KEMPII & celeberrimi Rectoris Viri Nobilissimi &  
Clarissimi DN. JACOBI WOLFFII, Philos. Magistri famige-  
ratissimi fidelissimam institutionem summis evehit laudi-  
bus, & in hunc usq; diem gratissima agnoscit mente. Hujus  
igitur Viri juventuti sibi demerendæ nati factiq; ductu &  
humaniorum & Philosophiæ Præceptis & institutis tanto  
cum abundaret successu, ut altioribus studiis jam cum singu-  
lari fructu admoveri posset, Parentis & Studiorum Patrono-  
rum Consilio studium Medicum & simul cum eo Academi-  
am nostram elegit. Sic in Academiæ nostræ matriculam  
Rectore t. t. & hodie iterum Magnifico, Viro Prænobilissi-  
mo Experientissimo & Excellentissimo DN. WILHELMO  
DAVIDE HABERMANNO, Med. Doct. & Profess. Publ.  
Ordin. Celeberrimo, Poliatro famigeratissimo, Fautore ac  
Colle-



Collega meo honoratissimo receptus, meae curae ac fidei creditus est, quem eo lubentius suscipiebam, quod magis se bene educatum, & ad omnem humanitatem & reliquas Juvenilem aetatem potissimum ornantes virtutes compositum ut omnibus, sic & mihi commendabat.

Ufus igitur est comite SCHAPERO meo e Fratre nepote charissimo privatissimis per quadriennium & quod excurrit meis institutionibus, tanta sedulitate, tantaque industria, ut ego determinare non possem, quis alter alteri & solertiae & eruditionis palmam praepturus esset, tam felici ingenio, tam promptam memoriam tam indefesso labore ipsum deprehendebam, nec aemulationis ejusmodi non satis laudanda erat terminus, sub ista igitur mea Privatissima informatione, quam examine quotidiano discipulis obstetricari soleo, Physica, Physiologica, Anatomica, Pathologica, Pharmaceutica, Chymica & quae ad Praxin imprimis clinicam tum e Medicina Practica, tum chirurgia pertinent, tanta auctoritate & industria tam indefessa notabat, ut etiam omnia in succum quasi & sanguinem verteret. Hinc per omnes Medicinae partes se magis & magis mihi indies probabat, dum ea, quae audiverat insigni acumine ingenii in examibus quotidie institutis proferebat. Quemadmodum hinc etiam industriae & eruditionis suae non levis specimen, duabus Quaestionibus Physico-Medicis Curiosis enodatum exhibebat, quarum altera erat quid tenendum sit de communi in Vita civili sententia. 1. Das die Kinder zu Hause weinen/ wenn den saugenden Frauens auch an einen frembden Ort die Milch drucket? & altera: Das die Kinder mit einem Helm gebahren für andern glücklich seyn/ und das dergleichen Helm auch andern Leuten wenn sie ihn bey sich tragen/ und insonderheit denen Hn. Advocaten viel Glück bringe? eamque dissertationem egregie defendit, non sine applausu, illustri quod aderat, Auditorii. Tunc temporis autem nil amplius

)(

super



superat, quàm ut à Facultate nostra examina & promeritos  
jam tum honores petiisset, sed ipsius modestia hæc omnia  
adhuc declinabat, & ipsi prius exteros invisere & audire  
Medicos placebat; Hinc dato Facultati nostræ suo nomine  
valedicens ad tempus nostræ Academiæ, destinatum iter sus-  
cipiebat cum ut studiorum suorum, ita quoque itineris Comite  
suo SCHAPERO, & Batavorum Medicos celeberrimos ali-  
osque eruditionis singularis famâ insignes salutabat; Po-  
tissimum autem Lugduni Batavorum commoratus in  
Medicina tam Theoretica quàm Practica longè celeberrim-  
um ALBINUM, Consiliarium Regiæ Majestatis Prussi-  
cæ Aulicum & Archiatrum, meum & olim Præceptorem  
dexterrimum, in Nosocomio Famigeratissimum DE-  
CKERUM, in Anatomicis & præparationibus & de-  
monstrationibus frequentibus ut & in Chirurgicis Chris-  
tissimum RAU, in Chymicis Experientissimum LE MORT,  
in Botanicis & materia Medica Celebratissimum BOERHA-  
VEN, in Physica experimentalis Famigeratissimum SEN-  
GUERDUM sedulo & cum singulari fructu audivit, quem  
admodum hinc quoque modo laudatus DN. ALBINUS suis  
ad me exaratis literis singularem ipsius industriam non fa-  
tis deprædicare potest; quæ eum quoque movit, ut data quavis  
erudiendi occasione Amstelodamenses salutaret celeberrim-  
os Medicos, potissimum quoties Anatomicus Excellentis-  
sime DN. RUYSCHIUS suis sectionibus Anatomicis ipsi  
eam dabat, quibus frequentibus interesse nec defuit, nec ejus  
excellantissima præparata anatomica prudenti oculo &  
cum attentione debita rimari intermisit. His igitur egre-  
giis in omni medicina studiis locupletatus, petiit Angliam,  
& ibidem pariter Viros in omni scientiarum genere Cele-  
berrimos & potissimum tam Londini quàm Oxoniæ com-  
morantes Medicos salutavit, ac pariter reperibilia ibi Physica  
curiosa, tam quæ natura quàm quæ ars composuit perlu-  
stravit



stravit, quo iis omnibus & Medicorum discursibus eruditissimam suam auget eruditionem. Ex Anglia autem in Galliam profectus ea intentione est, ut Parisiis suam, quam in Anatomicis & Chirurgicis sibi jam collegerat scientiam, cum Galli in utroque excellent, frequentissima cadaverum humanorum sectione auget, nec ibi deficientibus frequentissimis operationibus chirurgicis (ob quas Nosocomium illud insigne Hotel Dieu dictum atq; claret, ac famam ex numero agrorum varii generis habet) ea quæ in chirurgicis viderat, repeteret, atq; sic in omnibus hisce se magis exercitatum, & de utriusq; ad Praxim medicam felicissimè exercendam necessaria scientia & usu certiore redderet: nec sefellit spes, siquidem sub manu ductione Privatissima indefessa Excellentissimi Anatomici, *DU VERNEI* in Cadaveribus humanis & utriusq; sexus, & à prima infantis natiuitate ad senectutem usq; frequentissimis, ubi ob eorum frequentiam quælibet corporis humani pars ad minutias usq; examinari potest, in Anatomicis ex voto se exercuit, & accuratissimis eorum omnium præparationibus, quæ in Anatomia oculus spectatoris desiderare potest, & optimis demonstrationibus iisdem, tantos collegit sibi fructus, ut fidelissimam huius Viri informationem nec satis laudare, nec grata satis mente agnoscere valeat, & eodem modo felices successus deprædicat, quos ex operationibus Chirurgicis in Nosocomio Hôtel Dieu à celeberrimo Chirurgo *TIBAULT* quotidie & ante & post meridiem institutis hausit, laudat & huius Viri in operationibus perficiendis felicem facilemq; manum, & in iis demonstrandis fidelem & accuratam informationem, quemadmodum hinc quoque operationes Chirurgicas in ægris institutas in suorum auditorum gratiam in cadaveribus humanis non tantum ipse repetiit, sed in iis frequentibus eas & ab Auditoribus suis institui toties iussit, quoties easdem ex eorum utilitate esse iudicabat, sic Lectio lecta

)(a

& plus



21  
& plus quàm decies repetita placebat; nullaq; dies erat sine Linea. Hinc quoq; in chymicis publice differentem & demonstrantem audivit celeberrimum chymicum DN. GEOFF. FROY, & in ferendo Partus difficilis auxilio, quod in Gallia Chirurgi præstant, & hinc Accoucheurs vocantur, celeberrimi GREGOIRE institutione Practica in ipso difficili Puerperio usus est, & sic per omnem medicinam non poenitendos sibi comparavit fructus, multis ægris & reipublicæ valde proficuos. Lubentissimè autem diutius Parisiis comoratus fuisset, nisi Parentum desiderio ad Patrios revocatus fuisset lares, quorū mandato obtemperans, ut cepit ita sub reditu continuavit, Celeberrimos salutare Viros, iis in locis, quos transiit, ut hinc quoq; Argentoratensis Celeberrimi SALTZMANNI Medici singularem humanitatem laudat.

Ab itinere igitur suo redux relaxavit nostram Academiam, petiitque ea quæ par est, modestia, Facultatis nostræ examina. Admisimus igitur illum, in ejus profectus perquam accuratè inquisivimus, & mentis alacritate, animi præsentia decenti, & judicii promptitudine ad interrogata doctè respondentem deprehendimus, ut unanimi suffragio Licentiam disputandi pro Doctorali Gradu ipsi conferremus. Hanc LICENTIAM assumendi Gradum in Medicina Summum Dissertatione Inaugurali de *HYDROPE ASCITE* egregiè elaborata obtinere cum intendat, & DEO volente Dies 4. Aprilis ad huncce Actum disputatorium nobis solennis sit, in quo Clarissimus Doctissimusque DN. Candidatus ad exemplum sui & studiorum & itineris individuali comitis & amici conjunctissimi SCHAPERI dictam Inauguralem Dissertationem Eruditorum examini publico exhibiturus, ac iis omnibus sua studia & medendi peritiam probaturus est, ea propter ad huncce actum decorandum MAGNIFICUM DN. RECTOREM, Illustris Regiminis Proceres, Utriusque Senatus Primores omnesque Civis Academicos, aliosque Literarum Fautores, eâ, quæ par est, humanitate

invito.

P. P. Sub Sigillo Facultatis Medicæ  
Die 24. Martii 1715.



Rostock, Diss., 1715-23

ULB Halle  
005 016 037

3




TA → OL

nr 1+3 Stück verknüpft







PRO-DECANUS  
 FACULTATIS MEDICÆ,  
 JOH. ERNESTUS SCHAPER,  
 Med. D. P. P. Duc. Prim. & Ordin. Fac. Senior,  
 Serenissimi Ducis Regentis Mecklenburgici  
 Confiliarius Aulicus & Archiater.  
 SUO ET FACULTATIS SUÆ NOMINE

1715, 7.


AD  
 DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
 PRÆ-NOBILIS ET CLARISSIMI MEDICINÆ CANDIDATI  
 DN. CAROLI NICOLAI  
 EGGBRECHT,  
 STRALSUNDENSIS POMERANI,

DE  
**HYDROPEASCITE,**

PRO SUMMIS IN MEDICINA HONORIBUS  
 ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS  
 AD DIEM IV. APRIL. B. C. D. HABENDAM  
 HORIS ANTE ET POMERIDIANIS

**MAGNIFICUM DN. RECTOREM,**  
 ILLUSTRIS REGIMINIS PROCERES, UTRIUSQUE  
 SENATUS PRIMORES, OMNESQUE CIVES ACADEMICOS  
 ET LITERARUM FAUTORES

Ut præsentia sua hunc Actum exornare dignentur  
 HOC PROGRAMMATE  
 EA QVA PAR EST, HUMANITATE INVITAT.



ROSTOCHII,  
 Literis JOH. WEPFLINGI, SER. PRINC. & ACAD. Typogr.

